

Mythologia, Venise, 1567 - X [107] : De Aeolo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[107\] : De Aeolo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 10 : De Aeolo](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[107\] : D'Æole](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[107\] : D'Æole](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [107] : De Aeolo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1047>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 303r°-303v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [École](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Attulerunt, quæ et si grauiissima pericula ob liberalitatem, qua vfa est in Bacchum contulit, tamen in summam felicitatem denique peruenit. nam pro rebus bene gestis solet Deus calamitates in summâ felicitatem conuertere

De Nereis.

VT autem prudentiam omnibus in rebus virilem esse ostenderent, & navigationibus præcipue necessariâ ob multa quæ nauigantibus eueniunt adversa, Nereum sive nauigandū peritiam filium oceani & Tethyos esse dixerunt. qui Nereus, quoniam sapientis est ad multas opportunitates se accommodare, dicitur in variis formis se vertere solitus. Ne quis igitur ob in clementiam Deorum, potius quam ob suam ipsius inscitiam, se naufragium pati, aut perire arbitretur, hæc de ipso Nereo & Nereidibus confuxerunt. Nō enim accusanda est diuina clementia, si quis temeritate imprudentiaq; sua frœsus se in grauiissima pericula intrusus; cum Deus prudentes tantum & diligentes, ubi vires desunt humanæ, adiuuare soleat.

De Protes.

CV M adhortarentur autem ad prudentiam, quæ necessaria est ciuitatis, & amicitiis conservandis Proteum non solum virum bonum, sed etiam in omnes formas se vertentem, ut Nereum, introduxerunt. Nam sanè viro prudenti non solum motibus animi moderari ratione & consilio necesse est, sed etiam ad omnes fortunæ eventus, & ad omnes temporum vel personarum opportunitates animum suum accommodare. Id, qui facere potest, nostris præcipue temporibus plurimum gratia & onibus valet. Sed ego, (sic enim meum est ingenium) nunquam prudens in hoc genere existimabor, quia nō patitur Genius cuiquam adulari, neque possum cum nebulonibus, quorum magna est & latronum multitudo, conuenire. Non tamen illum vitupero, qui id facere posset, cum præfensi opportunitas illa postulauerit: nam cum stultis ridendum est. Hanc ipsam prudentiam necessariam magis ciuitatum præfectis, quam præfatis, iudico: quoniam alteris ut omnium sint exemplar, alteris ad honestatem tantum se accommodare opus est. Sic igitur significatur prudenter cedendum esse tempori, & rebus ac personis pro dignitate tribuendum.

De Castro & Polluce.

NE Q V E vero flammæ illas sine Deo apparere crediderunt, quæ nauigantium antemnis, vel carceris, infiderent per tempestatis tempora; quæ, ut suo loco dictum fuit, modo certam tranquilitatem prædicerent, modo portenderent pernitieum nauigantibus.

De Aeslo.

AE O LVS ventorum, tempestatumque Deus creditus est, non solum quia signis obseruatæ ventura multo ante prædicebat, sed etiam quod in modera-

Mythologiz.

moderaretur, eamque pro opportunitate negotiorum, cum res ita postularet, simulare cognoverit. Nam vel ex hac ipsa morum varietate nomen illud obtinuit. His praeterea accedebat, quod nihil omnino carere moderatore poterat; quando vel levissimi venti suum habebant gubernatorem ac Deum.

De Sylla.

A T Q V E, ut paucis complectar, illud tandem demonstrarunt antiqui, quod in Ethicis scribit Aristoteles, virtutem esse mediā inter duos extrema, quorum extremorum utrumque est vitium. Nam cum ex altera parte Scylla, ex altera Carybdis grauiissima monstra in Siculo marinagantibus sint deuitanda, mediumque iter inter utrumque tenendum, is tandem incolumis evadit, qui neutrā in partem magis declinauerit. Cum enim vita mortaliū sit tanquam longa nauigatio, in qua permulte occurunt difficultates, multaque variorum monstrorum illecebrae, neque difficultatibus, neque illecebris cedendum est; sed omnibus moderatio adhibenda; cum neque assiduam severitatem, neque assiduam mollitatem vita hominis possit perire.

De Orione.

T V M, rursus ut explicarent antiqui generationem elementorum, & ventorum, & eorum, quæ sunt in sublimibus, Orionē trium patrum filium introduxerunt. Est enim orion ventorum & pluviatum & fulminum ac tonitruum materia. Nam rerum omnium semina in mari continentur, quia sunt elementa omnia in omnibus, manifestius autem in mari, quod aqua magis sensu percipiatur, cum accipit mutationem. Vis Apollinis vapores ex aqua excitat, eosque extenuans non sine quodam spiritu ionato, in aera extollit. Iupices, quod aer sit, patuit. Ut vero supernacantem materiam esse demonstrarent, Orionem impetrasse à patre fabulati sunt, ut super aquas incederet. Hec materia in aera diffunditur; atque cum Orion ibi conetur Aeropen violare extra regionem eiicitur priuatus lumine; necesse est enim vapores per aera petrari, & ad summam partem accedere, per quem locum diffusa & dilatata materia imbrium & exterorum ignis primam vim sentit paulatim deficere. Sic igitur ad significandum circularem elementorum motum & generationem hunc excipi à Vulcano dixerunt, & ad solem profici sci, mox reuerti in Chiū; quia vapores per calorē attracti sursum feruntur; mox ab antiperistasi sive a circumstanti frigore in supra, ad quam peruenire possunt, aëris regione rursus coacti in pluias funduntur. quod quoniam sit per vires lunæ, fabulati sunt Orionem ausum fuisse Dianam attingere, & idcirco sagittis ab illa fuisse confossum. Videntur enim nobis vapores lunam attingere, cuius vis est tanquam fermentum in pluviis concitandis, & cogendis vaporibus, veluti reliqui planetæ vim eius adiuuare aut impediunt. Quod autem Orion materia credita sit imbrium, vel illud est argumento, quod, cū in signū celeste versus dicatur, nunc etiam suo exortu frequentissimas pluias concitat, & ventos, & tonitrus, & fulmina. At Ethicè.

Granissimas calamitates passus est idcirco Orion, quia nemini non calamitosa libido, & illegitimarum rerum cupiditas, esse potest. Deinde ad deprimendam